

www.e-rara.ch

**Silva locorum, qui frequenter in concionibus occurrere solent, omnibus
divini verbi concionatoribus, cum primis utilis & necessaria**

Luis

Venundatur Parisiis, 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26764>

Satisfactio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Hoc est illud malū, quo ita vxor Phinees sacerdotis perculsa est vt cum mortē sibi ex dolorib. partus imminere cerneret, & nasciturus ei filius nuntiaretur, obsterice dicēte. Noli timere, quia hunc habebis filium, nō intellexisse, nec animaduertisse dicitur. Ea enim doloris magnitudine concussa fuit, cum arcam Dei à Philistheis captā audiuit, vt nec instātis mortis metu, nec nascituri filij gaudio vllō modo tangeretur, sed acerbissimo doloris sensu hanc vocē repeteret. Trāslata est gloria Dei ab Israel, quia capta est arca Dei. Credebat enim prudēs mulier, ad nihilū esse illum populum redigendum, hoc tam incomparabili præsidio destitutum: vnde tota illius populi salus & gloria manabat, ideoquē inter causas doloris & lætitiæ cōstitutā, hoc solū cogitabat, hoc solum lamentabatur, hanc vnā querimoniam iterū atque iterū reperebat. Translata est gloria Dei ab Israel, quia capta est arca Dei. Cum igitur per leihale peccatum homo hoc tantum bonum amiserit, & à se repulerit, cur non simili modo lamentetur? Noli, ait Propheta, latari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo.

Qualis esse debeat vere pœnitentis conditio, declarat Moyſes Deut. 4. his verbis. Cum quæſieris Dominum Deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Hic locus vehementer vrget Lutheranos, qui mœrorem ac dolorem à vera pœnitentia submouent.

Satisfactio.

COLLE

Quamuis certum sit, quod Ezechiel ait. In quacūque die impius conuersus fuerit ab impietate sua &c. tamen tēporariam pœnam impietati debitam non sepe rogantibus, & ad eum conuersis aufert. Id primum patet ex eo quod. 1. Reg. legimus, Iurauit Dominus domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in sempiternum. Ibidemque legimus, Porro triūphator in Israel non parcat, nec pœnitentiam fleātur: neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. Item nec Dauidem exaudiui multis lachrymis pro filioli ex adulterio Bersabe suscepti vita deprecantem. Et ad Hieremiam Dominus

Aaa ait

ait, Tu ergo noli orare *p* populo hoc, nec assumes laudem & orationem pro eis, & nō oblitus mihi: nō enim exaudiam te. Et ad populum propter quadraginta annorum errorem à Domino indictum mærentē ac deprecantem Moses ait, Cūque reuersi ploraretis corā Domino, nō audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. Quodque his omnib. mirabilius est, nec Mosē quidē (qui scientē aduersus peccantē populū irā Domini toties placauit, cuique insigne sanctitatis & amicitie testimonium Dominus tulit) exaudire voluit cū ingressum in promissam terrā suppliciter ab eo postularet. Sic enim Deute. 4. idē ait, Precatusque sum in tempore illo dicens, Domine Deus tu cāpisti ostendere seruo magnitudinem tuam &c. Transibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem &c. Iratusque mihi Dominus propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, sufficit tibi, nequam loquaris vltra de hac re ad me.

In his similibusque cōmipationibus, nequaquā Dominū misericordie suæ signum (quod ad remissionē culpæ attinet) claudere credendū est: cum fixa & irrequiescibilis illa Ezechielis promissio maneat, in quacunque die impius cōuersus fuerit &c. Sed hæc omnia ad remissionē pœnæ pro peccato debitæ referenda sunt: quæ non semper pœnitentium precib. & victimis reuocatur. Quæ ex re liquido constat, dimissa culpa, temporariam pœnam culpæ debitam remanere. Cuius rei gratia tertia pœnitentiæ pars, nēpe satisfactio constituitur, quæ ad huius pœnæ remissionem ordinatur, quæ si in hac vita non expletur, igne purgatorio expianda relinquitur, vt diuinæ iustitiæ locus sit, quæ nullū crimē impunitū relinquit, quod vel in hac vita, vel in altera nō puniat.

Recidiuatio.

Greg.

Sicut qui à fide recedit apostata est, ita qui ad peruersum opus quod deseruerat, redit, ab omnipotente Deo absque vlla dubietate apostata iudicatur, etiam si fidem tenere videatur. *Greg. super Eccl.*

Isa.

Esai. I.

Lauamini, & mūdi estote. Lauatur itaque & mūdos est, qui & præterita plangit, & futura non admittit. Lauatur & nō est mūdos